





UNIVERSITEIT  
GAND

BIBLIOTHÈQUE  
DE L'UNIVERSITÉ  
DE GAND.

1801  
1802  
1803  
1804  
1805  
1806  
1807  
1808  
1809  
1810  
1811  
1812  
1813  
1814  
1815  
1816  
1817  
1818  
1819  
1820  
1821  
1822  
1823  
1824  
1825  
1826  
1827  
1828  
1829  
1830  
1831  
1832  
1833  
1834  
1835  
1836  
1837  
1838  
1839  
1840  
1841  
1842  
1843  
1844  
1845  
1846  
1847  
1848  
1849  
1850  
1851  
1852  
1853  
1854  
1855  
1856  
1857  
1858  
1859  
1860  
1861  
1862  
1863  
1864  
1865  
1866  
1867  
1868  
1869  
1870  
1871  
1872  
1873  
1874  
1875  
1876  
1877  
1878  
1879  
1880  
1881  
1882  
1883  
1884  
1885  
1886  
1887  
1888  
1889  
1890  
1891  
1892  
1893  
1894  
1895  
1896  
1897  
1898  
1899  
1900







## PRÆFATIO.

tum iis adiciebant ponderis & ornamentum, quantum amœnitatis vicissim ab iis recipiebant.

Argumenta selegit morum præceptor sagacissimus, quæ tota ad probam juventutis institutionem facerent. Juvenes ubique repræsentat vel imperitos, ut doceat; vel leves, ut coerceat; vel vitiosos, ut corrigat; vel bene moratos, ut spectatoribus ad exemplum proponat. Arque, ut erat artis Theatralis peritissimus, Argumentum tractare non dubitavit, quod antea jam in Galliâ & in Italiâ usurpatum ab optimis Poëtis fuerat, & eâ tractatum laude, quæ alium quemlibet ab eodem suscipiendo argumento potuisset deterriere. In bonam juventutis Academicæ, laudem eorum æmulatus P. CAROLUS PONSER, Lusorem periculosas alicæ subeuntem vices, adumbravit eo successu, qui nihil antecessorum gloriæ invidendum relinqueret. Peritos rerum æstimatores non semel dicentes audivimus recentem illum Poëtam in iis quæ ad Theatrale artificium pertinent nulli esse secundum.

Huic argumento alia adjunxit, quæ eodem ducta penicillo, iisdem picta coloribus, eâdem quoque luce splendescere videntur. Sive enim filium perditæ ana-





## P R A E F A T I O.

adhuc actores ad perfectissimam dicendi & agendi artem erudiret.

Cum eos plurimis laboribus, pene dixi sudoribus, in umbratili Palaestra per dies multos exercuisset, prodibant in Theatrum eâ libertate quæ ingeniosos adulescentes deceret, quæque procul abesset à Mimbrum licentiâ. Rebus ipsis erat par & æqualis actio. Gestus non intense elati, non pueriliter vagi, non molliter fracti, non indecorè fluctuantes, sed sine arte compositi, & ipso naturæ motu artificiosi. Status, incessus, excursio, cervicis inflexio, projectio brachiorum, ipsæ digitorum argutiæ naturam exhibebant, non incultam ac rudem, sed elegantem, sed lepôrum artificem, sed politorum hominum ingeniis blandientem, & ad ea exhilaranda expeditam.

Ut rebus par erat corporis actio, ita par actioni vocis sonus. Tyrones ac novelli actores assuescebant varios sonorum gradus sive intendendo, sive remittendo, persequi. Videbantur inter se confabulari, condolere, conqueri & ita modis omnibus colludere, ut veros animi sensus exprimere, non imitatrices personas agere crederentur: Tantum erat instar in ore, in vultu, in oculis, in toto corporis habitu! Hac arte hilaritatis &

X L X    O    O    O    O    O

O    O    O    O    O    O    O    O    O    O    O    O    O    O    O

## PRÆFATIO.

tristitiæ modum non in suis tantum, sed in spectatorum animis temperabant. Hinc plausus frequentes, hinc subitæ acclamationes, hinc perpetua obstupescentiæ amphitheatri admiratio.

Fabulas tot olim exceptas laudibus literariæ Republicæ reddimus. Innocuos risus, suavesque lacrymas, quas ciebat temperata quondam & ab excellentissimo dicendi magistro moderata actio, redere non potest in ætæ & inertis papyri. At oculatus quilibet facile perspiciet quàm apta fuerit exercendæ adolescentum solertiæ totius scriptiõnis ratio. Quàm fuerit, author in tradendis tum bene vivendi tum bene dicendi præceptis eximius dicent, ut ejusdem verbis utar, » spectatores, ex animo ordine locuti sumus, » quos non pigebat ad ejusmodi Theatra » convenire, quos non tædebat oculos » & aures actoribus pusillis ac prope infantibus commodare, quos non pudebat ridere cum ridentibus, flere cum flentibus & cum discantibus, si quid nescirent, discere. (a)

(a) In orat. de Theatro Tom. III. pag. 144.



**PÆZOPHILUS:**

**SIVE**

**ALEATOR:**

**DRAMA-COMICUM.**

---

---

## ARGUMENTUM.

**J**UVENIS Parentibus orbatus, per etatem juris sui factus, aleæ deditus, arte nullâ sanabilis, amissis paternis opibus, à Patruo exheredatur; & in eo statuitur exemplum adolescentibus, quàm damnosa sit aleæ cupiditas.

---

---

## P E R S O N Æ.

PÆZOPHILUS, Aleator.

CHRYSORHUS, Pæzophili Patruus.

CLEOBULUS, Pæzophili cognatus, & amicus.

PARMENO, Pæzophili servus.

ATYCHES, vir nobilis, ludo olim perditus.

PHILOCLES, filius Atychis.

GRYTARIOPOLA, Gemmarum, &c. Mercator.

ASTRAGALUS, Aleator.

MEGACHRYSUS, Civis opulentus.

MISARGYRIDES, Fœenerator.

ACESTES, Sarcinator.

PSEUDOLUS, Astragali servus.

ÆSCHROKERDES, Fœenerator; idemque creditor.

AGRIO, Villicus.

SCENA IN ÆDIBUS CHRYSORII.



*P R O L O G U S.*

Quos lætus habeat, non lucri, at palmæ  
indices,

Quos victus æquo perditos animo ferat.  
Nunc mensa recipit perfida immensas  
opes,

Quas lucri amore prodiga immittit ma-  
nus.

Urnâ fritillus quâlibet damnosior.

Versat domorum fata crepitanti manu,

Ipsasque tali jactus evertit domos.

Fatalis hujus grande documentum aleæ  
In Juvene misero ponimus. Poterant viri,  
Senesque poterant hoc idem exemplum  
dare;

Nam ludit ætas omnis, & ludo perit.

Verùm Juventam meliùs erudiet suo

Juvenis periculo. Quisquis es vir, seu se-  
nex,

Casti ac severi quem bene oblectant Joci,

Casto ac severo, si vacat, ludo fave.





PÆZOPHILUS,

SIVE

ALEATOR.

DRAMA-COMICUM.



ACTUS PRIMUS.

---

SCENA PRIMA.

PÆZOPHILUS, *sedens ad mensam aleatoris onustam instrumentis.*



R U S T R A somnum *advoco.*  
Amisâ pecuniâ, dormire est nefas . . . me miserum! Tantum pecuniæ mihi nocte unâ periisse!  
Heu! Fortuna perfida! Fâtalîs alea! *Arripit talos, inquietis oculis eos intuens.* Nam quid talis inesse dixerim, quod jaciente me semper

A iij



8 PÆZOPHILUS,  
cadant pessimè! Væ vobis tali perfâdi! *Talos*  
*indignabundus projicit.* Pereat malè, qui vos  
in perniciem hominum primus reperit!

---

SCENA SECUNDA.  
PÆZOPHILUS, PARMENO:

P A R.

Q U I D isthic rerum agis, here?

PÆZ. *fritillum tenens.*

Perfide fritille!

P A R.

Quid tibi ultrà cum armis mortiferis?

PÆZ.

Quid tibi vis, furcifer?

P A R. *à parte.*

Fausa salutatio, *herum alloquens*, tibi mi-  
hique volo bene: volo te des quieti, & me ..

PÆZ.

Aufer te isthinc, & quiesce.

P A R.

Nullam quietis partem possum capere, dum  
tu nihil somni capis, dum te vigilando ene-  
cas.

PÆZ.

Hora quota est?

P A R.

Manuale horologium inspice.

P A Z.

Quid ais, verbero?

P A R.

Ignosce, non memineram te illud heri . . .  
aleæ . . .

P A Z.

At ego te faciam memorem, homo faceta.

P A R.

Quæris hora quota sit. Sol interrogandus  
est. *Ad solem respicit.* Ab ortu solis, tuoque  
occasu, hora est secunda vel tertia.

P A Z.

Bene est. Nemone ad me venit, interea  
dum hic somnum oppesior?

P A R.

Venit Mi . . . Mi . . . Misargyrides ne-  
scio quis, à te vocatum qui se diceret.

P A Z.

Neque vocavi hominem, neque navi.

P A R.

Dixit se rediturum.

P A Z.

Redeat, abscede tu, & omitte me.

P A R. *horum intuens.*

Here.

P A Z.

Ahy! neque dormire possum, neque vigi-  
lare.

**PÆZOPHILUS,**

**P A R.**

Here, utinam te in isto, quod illic adfuit; speculo inspiceres! Ut te vultus tui poeniteret! Ut ipse te vix agnosceres, adeò marcent genæ, livent oculi!

**PÆZ.**

Etiam hîc resistis?

**P A R.**

Ne vivam nisi tam horridus es, tam luridus, quàm ille bigis alligatus, qui capite inverso circa muros urbis trahebatur in isto opere Flandrico acupicto, quod hujus cubi- culi parietes vestiebat, antequam illud . . .

**PÆZ.**

At credo vis falsus videri? hominum insul- sissime . . .

**P A R.**

Me tam pulchrè macerasti, ut sanè me in- sulsum esse oporteat.

*PÆZ. oculis & gestu servo minitans.*

Ego te . . . nisi abis ocyùs . . .

**P A R.**

Quò me vis abire?

**PÆZ.**

In malam crucem.

**P A R.**

In malam crucem? Oh nondum quidem; sed abeo in malam culcitam, quandoquidem monita non audis; & ibi dormiam, dum tu vigilas,

**DRAMA-COMICUM.**

**PÆZ.**

Hei mihi ! mille me exedunt ægritudines ;  
neque quid agam , vel quò me vertam , scio ,  
... Heus Parmeno.

**P A R. in post-scenio.**

Quid me revocas ?

**PÆZ.**

Adesdum.

**P A R.**

Adsum.

**PÆZ.**

Collude mecum.

**P A R.**

Ego tecum ludam ? Cum hero servus ?

**PÆZ.**

Sic volo. Sic jubeo.

**P A R.**

Quin potius collude tecum.

**PÆZ.**

Mecum ?

**P A R.**

Ita tecum. Certet dextera cum sinistra.

**PÆZ.**

Accede , inquam.

**P A R. sedem admovet timidè , ac præ reveren-**  
*tiâ procul à mensâ , transverso & obli-*  
*quo corpore , insidet.*

Quo certabimus pignore ?

PÆZ.

Depone, quod habes.

PAR. *manum peræ admovent.*

Tantumdem habeo pecuniæ, quantum dedisti . . . omnino nihil.

PÆZ.

Quod tibi debeo mercedis, id aleæ committito.

PAR.

Id jam commissum est, non per me quidem, &amp; amissum. Itaque . . .

PÆZ.

Age: talosingere, &amp; mitte.

PAR.

Ego prior?

PÆZ.

Obsequere.

PAR.

Obsequor. At uni tibi cadet alea. Talos emittit: sexdecim exhibentur puncta. Sexdecim, hoc vince si potes.

PÆZ. *vicissim talos emittit, & puncta exhibentur octodecim.*

Heus vide, numera.

PAR.

Tersena puncta. Here, vicisti; accipe.

PÆZ.

Ut me ludificatur fortuna insolens! quia, quod auferam, nihil est, jam blandiri cœpit.

**DRAMA-COMICUM.** 17

**Mensam istam amove. Surgit Pazophilus.**

**P A R.** *mensam removet.*

O si tam prosperè cecidissent nocte supremâ tesserae, quàm bene tecum, mecumque actum foret! Haberes unde turmam equitum & apparatus castrensem emereres. Ego te secutus fuisset in castra. Ibi rem uterque nostrum fortiter gessisset. Tu cum vivis, ego cum mortuis quos egregiè spoliasset: nam me sentio ad bellica natum facinora.

**P A Z.**

Heu me! Quis erit Patruï sermo? . . Sermone[m] mitto, quis animus? Quis sensus? Quis dolor? cum de pecuniâ mutuò acceptâ, ludq[ue] perditâ, audiet?

**P A R.** *ad januam accedens.*

Here, Patruum loquentem audio, . . cum Cleobulo accedentem video. Hic animis opus. Age: congregientem acriter sustine.

**P A Z.**

Præsentem ferre non valeo.

**P A R.**

Quò abis?

**P A Z.**

In conclave me recipio. Tu illic excuba, ne quis pedem inferat.

**P A R.**

Tibi nempe Ducis partes sumis, ut decet; mihi officium militis & periculum relinquis,



**DRAMA-COMICUM.** 27

**CHRY S.**

Id cavendum scilicet! Ubi herus tuus? Ubi  
ludit? *Parmenonem excutit, eumque à somno  
excitat. Ubi pernoctavit?*

**P A R.** *adhibitâ salutatione incompositâ, ne evi-  
gilet herum nutu Chrysorium admonet.*

Illic pernoctat de die; illic cubat; illic  
dormit.

**CHRY S.**

Dormit, cum vigilare oportuit! Quâ horâ  
domum rediit?

**P A R.**

Oh! maturo tempore; vix adeò prima lux  
appetebat.

**CHRY S.**

Maturè, primâ luce.

**P A R.**

Neque verò, ut aulici quidam viri, noctes  
diesque somno conjungit. Ipsi forensibus vi-  
ris multò vigilantior est.

**CHRY S.**

Vides, Cleobule, ut ille se ad meliorem  
recipiat frugem, qui noctes peragit foris,  
qui . . .

**CLEOB.**

Occurrunt interdum sodalitates ejusmodi;  
unde te haud facilè explices.

**P A R.** *à parte.*

Nobis quotidie occurrunt,



67 PÆZOPHILUS;

CHRY S.

Dic illum ita implicatum esse ludo, ut explicare se nequeat, vel nolit. Sed veniamus ad rem. Age, Parmeno. Tu aderas heri cum Pæzophilo, pecuniam à Geronte cum petiit mutuatam, & accepit.

P A R.

Aderam præsens, & præsentissimus:

CHRY S.

Cur autem petiit?

P A R.

Id rogas? quasi verò nescias.

CHRY S.

Bene arguis. Sat scio. Ut luderet nempe:

P A R.

Id cave suspiceris, à quo is abfuit longissimè.

CHRY S.

Quorsum igitur?

P A R.

Ut equitum turmam emeret, quomodo jufferas.

CHRY S.

Quomodo jufferam? Nunquam hoc jussi modo. Et illam emit?

P A R. *vultu inquieto & anxio.*

He! nondum planè rem transegit.

CHRY S.

Quandonam igitur?



✱ PÆZOPHILUS;

P A R.

Dum ad præfectum equestris turmæ sedulo pergimus, cum præfente pecuniâ, in prædones incidimus.

C H R Y S.

In aleatores videlicet.

P A R.

In prædones prædatores. Illi herum comiter adoriuntur primùm, mox armis infestis petunt. Ille, quoad licet, resistit. Manu movet arma, oculis fulgurat, voce intonat, cœlum ipsum territat, ut facilè intelligas qui vir sit, qualis bellator futurus: *à parte.* ( Si bella unquam gerit. ) Quid multa? numero victus est. Omni pecuniâ spoliatus. Meâ tamen operâ eductus è prælio, domum integris vestibibus & incolumis rediit.

C H R Y S.

Vah! juvenem perditum!

C L E O B.

Illius sanè dolenda fors.

C H R Y S.

Dic illius culpam omni supplicio dignam!

C L E O B.

Quod in prædones inciderit, non culpa, sed casus fuit.

C H R Y S.

Tu illum, credo, velis defendere. Non intelligis quid narret Parmeno.

P A R.



28            **PÆZOPHILUS.**

hunc habui pro filio, educavi pro meo, amavi, dilexi. . . .

**CLEOB.** *Chryserii sedili innixus.*

Et certè amari dignus fuit, ingenio, naturâ, indole, pudore, comitate, suavitate.

**CHRYS.**

Fuit quidem amari dignus, fuit.

**CLEOB.**

Et est.

**CHRYS.**

Fuit, inquam : omnes quas commemorasti dotes una corripit aleæ cupiditas ; & ex suavi iracundum, ex hilari morosum, ex liberali sordidum fecit.

**PAR.** *à parte.*

Illum describit graphicè.

**CHRYS.**

Ex quo ipsum aleæ incessit furor, urbanitatis, amicitiae, humanitatis etiam officia negligit omnia.

**CLEOB.**

Amat te, & colit, hoc scio : Tu mihi crede.

**CHRYS.**

Factis credo. Amat me scilicet, qui ex quo juris sui per ætatem factus est, consilia, preces, monita spernit mea ; qui diu nocturneque aleatoria circum fora cursitat ; quem vix habeo presentem domi, nisi cum ex-

DRAMA - COMICUM. 19

hæc ludo crumena deficit; qui me quotidie sollicitat, angit, & curis cruciat amarissimis; qui modò pecuniam meo sumptam nomine profudit. . . .

P A R.

At ego nunquam dixi profusam ab illo pecuniam.

CHRYS. *surgis, manu Parmenoni minitans,*  
Id etiam negas, mendaciorum artifex?

---

SCENA IV.

PÆZOPHILUS, CHRYSORIUS,  
CLEOBULUS, PARMENO.

PÆZ. *egrediens è conclavi ut ad pedes patruſ  
accidat.*

I D frustra neget, quod ego apertè confiteor; en me reum fatentem sisto.

CHRYS.

Quid ais, Parmeno?

P A R.

Nihil: neque. . . .

PÆZ.

An te jussi mendacia instittere, perfide?

P A R. *cuſò recedens.*

Vah! si me unquam tuâ causâ mendacem argueris, occidito.







92 **PÆZOPHILUS;**

**C H R Y S.**

Egregia verò pœnitentia, peccatum si quis tunc oderit, cùm peccare ultrà nequit!

**C L E O B.**

Peccare ne ultra velis, facit quandoque felix quædam calamitas.

**C H R Y S.**

Rarò pœnitet verè quem serò pœnitet.

**P Æ Z.**

Pœnitentia fera quidem, at vera mea est:

**C H R Y S.**

Numquam tu te ludo trades intemperantiùs?

**P Æ Z.**

Nunquam, usquam.

**C H R Y S.**

Quanquam multa peccasti hæctenus, tamen isthuc si tibi certum, & animo fixum crederem. . . .

**P Æ Z.**

Oh certum est; ratum est; hoc crede, hoc jurejurando, si vis, confirmabo. . . .

**C H R Y S.**

Nolo.

**P Æ Z.**

Vis contester quidquid in cœlo sanctum est? . . .

**C H R Y S.** *manum Pœzophilì cohibens.*

Abstine; jam nimium sæpe cœlum onerasti

**DRAMA - COMICUM. 23**

conviciis, & sacrum perjuriis obligasti caput.

**PÆZ.**

Per istum amorem erga me tuum quo nihil in terris mihi sanctius est, promitto, spondeo, juro. . . .

**CHRYS.** iterum Pæzophili manum cohibet.

Omitte, inquam, sacramentis adstringere te, quæ fallas brevi.

**PÆZ.**

Si fallo; si quam tibi do fidem, resolvo, de me quidlibet statue, me domo abige, expelle, abdica; atque, ut omnia uno verbo supplicia complectar, amare me desine.

**CHRYS.**

Pæzophile, quam in te legem statuas etiam atque etiam vide.

**PÆZ.**

Video.

**CHRYS.**

Illam si violaveris, ego non item;

**PÆZ.**

Illam si violabo, neque mihi per te ignosci velim, ipse neque ignoscam mihi.

**CHRYS.**

Accipio conditionem, atque ut ab aleâ recedas, te militiæ addicam quo nomine decet & loco.



SCENA VI.

PÆZOPHILUS, CLEOBULUS.

CLEOB.

QUÆ repentina morum animique conver-  
sio, Pæzophile?

PÆZ.

Illam miraris, Cleobule?

CLEOB.

Admodum.

PÆZ.

Et ego pariter miror. Sed multa sunt, quæ  
antequam fiant, fieri posse negaveris.

CLEOB.

Quamdiu est, ex quo te isto prope insana-  
bili morbo purgatum volui! Quàm te sana-  
tum gaudeo! Magno quidem pretio tibi  
constitit salus; at dum convalueris, tanti est.

PÆZ.

Oh! convalui. Imo ex ægro jam fio medi-  
cus: si quem videris eâdem tentatum ludendi  
cupidine, illum deduc ad me, ipsum dictis  
salubribus probè curatum dabo?

CLEOB.

Quin imò, si quem videro eâdem contac-  
tum lue, illum à te abducam procul.

C

PÆZ.

Quid ita?

CLEOB.

Quia morbis animi ( si suaves sint, vel fuerint ) qui medetur, periculosam is medicinam facit; quia omnis cum pestiferis consuetudo pestifera est, maximè viris antea peste afflatis.

PÆZ.

Erras, Cleobule, erras; venenum ipso vires amittit usu. Ego sum Mithridates alter; nullum jam mihi virus nocere potest.

CLEOB.

Venena tamen fuge; &, quod facere solent, qui ex morbo convaluerunt, cibos assume cum delectu, qui sapiant pariter, & nutriant. Unum aliquod vel multiplex studii & exercitii genus elige, quo te oblectes, dum te bellicus exerceat labor.

PÆZ.

Nam quo me studio delectari velis?

CLEOB.

Vis unà mecum audire concentus muficos? Privatas in ædes conveniemus, aderunt amici, alii cantûs, alii fidium periti.

PÆZ.

Omitte. Non placet symphonia, non sapit auribus iste vocum, fidium, ima, summa, media simul canentium strepitus. Ista voca-

**DRAMA-COMICUM.** 27

bulorum modò lentè , modò præcipitanter ,  
sæpe promiscuè occurrentium , recurrentium ,  
concurrentium colligò.

C L E O B.

Atqui tamen sapit multis.

P Æ Z.

Non mihi.

C L E O B.

Vis urbaniorum hominum festivis interesse  
circulis & confabulationibus?

P Æ Z.

Apage inficeta illa otiosorum hominum  
ineptias conferentium colloquia ; illas confa-  
bulationes tædii & oscitationis plenas : isthæc  
sane mulierculis & *Marchionibus* nostris oblec-  
tamenta suade , non viris . . .

C L E O B.

Quod viros delectat , suadeo. Placet villas  
& domos elegantiores in suburbiis positas  
ambulando , equitando invisere ? famem &  
sitim eundo colligere , utramque cibo levare  
modico quidem , sed jucundo , quia foris ,  
quia fortuito , quia raptim & quasi furum  
sumpto vel oblato.

P Æ Z.

Nam quid ego quæram extra urbem ædium  
elegantiam , cum ipsa urbs passim offerat ?  
quid comestiones foris expetam , cum pos-  
sim habere domi ? quid famem & sitim cur-

C ij



PÆZ.

Tu me amorem aleæ nondum abjecisse  
censes?

CLEOB.

Censeo.

PÆZ.

Ego me procelloso, toties naufragus, ite-  
rum credam mari?

CLEOB.

Id prorsus metuo.

PÆZ.

Cleobule, ne metue. Aleam tam odi ma-  
lè, quàm amavi perditè; atque ut ipsi aperta  
profitear odia, juvat in aleatores satyram  
scribere.

CLEOB.

Tu in aleatores scribes satyram?

PÆZ.

Maximè. Illorum vitia novi omnia.

CLEOB.

Multa te docuit usus.

PÆZ.

Verficulos olim scriptitavi non infictos.

CLEOB.

Scio.

PÆZ.

Vel si natura neget, faciet indignatio ver-  
sum.





SCENA VIII.

PÆZOPHILUS, MISARGYRIDES.

M I S.

**H**ODIE bis ad te venio. Jamne licet al-  
loqui?

PÆZ.

Licet.

M I S.

Tibi salutem offert familiæ tuæ addictus;  
parenti olim tuo amicissimus Misargyrides.

PÆZ.

A Misargyride quamvis mihi nondum an-  
teâ viso vel cognito salutem libenter accipio.

M I S.

Non me nosti? non vidisti? quem heri al-  
locutus es, à quo in tuâ clade nocturnâ opem  
poposcisti; illic . . . apud . . . hem . . . non  
meministi?

PÆZ.

Ita mente captus eram & oculis, ut quos,  
vel quâ de re alloquerer, non fatis respice-  
rem.

M I S.

Dolui sane, & doleo te istâ tam liberali  
facie, tam bonis & ingenuis moribus, tam  
adversâ uti fortunâ.

PÆZ.

Humaniter facis, aliena qui doleas infortunia; sed in eam deveni calamitatem, unde non possim emergere; eo sum natus subfydere, cui cum bonâ fortunâ nihil congruat.

MIS.

*Sapiens dominabitur astris.* Tu fortè arbitrio fortunæ permittis omnia; tu illam arté non regis.

PÆZ.

Fortunæ permitto, quæ fortunæ sunt; neque ibi artem adhibeo, ubi artis usus non est.

MIS.

Est quædam ratio componendi talos & mittendi aptè . . . solerter . . . industriè . . . la . . .

PÆZ.

Uno verbo fraudulenter. At ego falli possum, nequeo fallere; & malim perire alterius fraude, quàm meo quisquam pereat dolo.

MIS.

Næ tu istâ probitate tuâ dignus es, quem fecisse miserum fortunam pœniteat; neque tanta virtus potest non esse felix aliquando.

PÆZ.

Si felix esse possem, jam fuissim. Sed virtute nullâ fortunæ pertinacia vincitur.

MIS.

Vincitur constantiâ. Multos aded vidi,

**DRAMA-COMICUM.** 33

quos illa miseris diu conflictatos respexerit tandem & ad ima detrusos, repente præter spem, ad summa provexerit.

PÆZ.

Vidisti multos ?

MIS.

Imò plurimos, & vita si superabit mihi, plures videbo. Hoc usu quotidiano venit. Hoc juveni optimo heri accidit, qui beneficio utebatur meo.

PÆZ. *à parte.*

O si me fortuna isti addat numero ! sed nolit perfida. . .

MIS. *abire se simulans.*

Sentio me tibi gravem ac molestum adventasse. Itaque . . .

PÆZ.

*Mane tantisper. A parte.* Quid si aleam experiar vel semel ? . . . semel dico. Nam illi ultra me dedere, neque lubet, neque licet. At si semel . . . si tantum semel, ne fortunæ videar deesse, adesse illa si velit.

MIS.

Valere te, Pæzophile. . .

PÆZ.

*Manedum, obsecro. A parte.* Quàm me fortuna citò perdidit, perditum recreare tam citò potest.

M I S.

Aliò me res vocant. Neque . . .

PÆZ.

Resiste paululum. *A parte*, si fortuna mihi  
faveat, ædes & prædia, quæ ignaro patruo  
vendidi, fortè recepèro. Si recipiam, ab ejus  
iracundiâ metuam nihil. Tum bene aleæ di-  
cam æternum vale; tum aleatoria deponam  
arma victor, uti decet, non victus, quod  
dolet.

M I S.

Tibi melius esse cupio, vale.

PÆZ.

Expecta, quæso. Mene vis &amp; potes juvare?

M I S.

Possum per amicos, &amp;, si voles, volo.

PÆZ.

Sed ne me juvando jugules.

M I S.

Nòn me nosti, sât scio. Neque is ego sum,  
qui ex alienis ærumnis lucrum velim facere:  
neque tu is es, qui ex alienis opibus debeas  
damnum pati. . . . Tu per ætatem jam in tu-  
telam venisti tuam, nonne?

PÆZ.

Mei sum juris. *A parte*, & alieni æris.

M I S.

Isti debetur ætati reverentia. . . Tu Chry-  
sorii hæres proximus?

PÆZ.

Et unicus.

MIS.

Magna prædicas. Magni faciendus es;  
Chryforius iste dives est?

PÆZ. *subirascens.*

Ditissimus.

MIS.

Tecum profectò agendum est clementiffimè. . . Chryforius vultu quidem sanus est, sed minùs tamen firmâ dicitur uti valetudine.

PÆZ.

Debili admodum est pectore, & crudo stomacho.

MIS.

Id certè mihi dolet : nam est ille bonus vir. Tibi verò opera nusquam deerit mea. Tantùm velim reputes, quanta sit hodiè rei nummarie difficultas.

PÆZ.

He ! nimium scio & sentio.

MIS.

Amici quorum tibi opem spondeo non suat illi quidem quæstûs avidi, sed beneficia tamen sua amant bene collocare, apud gratos. videlicet & cum gratiâ.

PÆZ.

Mitte verborum ambages. Pecuniam quanti vendis?



PÆZ.

Quid me appellas ?

PÆR.

Jusculum paravi tibi . . . jusculum mihi,  
cè conditum.

PÆZ.

Abfiste cum tuo veneno..

PÆR.

Salubre est : proderit capiti.

PÆZ.

Tu mihi loquacitate tuâ obtundis caput.

PÆR.

Me'n sequi vetas ?

PÆZ.

Veto.

PÆR.

Parebo. Nihil facilius. Jusculum forbilla-  
bo, nihil suavius. Stomachum irrigabo, ni-  
hil salubrius. Tum si somnus placidè obrep-  
ferit, illum benignè admittam oculis ; & quie-  
ti me dabo, dum se isti mitissimo vulturi he-  
rus eviscerandum dabit.







# ACTUS II.

## SCENA PRIMA.

PÆZOPHILUS.

*PÆZ.* *Theatrum ingreditur peras excutiens ut  
• timientis argenti sonus audiatur.*

**O** Bona! ô felix! ô suavis alea! heus Parmeno! . . . nullusne creditorum sequitur? Parmeno! . . . si me nummatum sciant, protinus omnes advolabunt . . . Parmeno!

## SCENA II.

PÆZOPHILUS, PARMENO.

*PÆZ.* *respondet in postscenio quasi derespente  
à somno excitatus.*

**Q**UIS me vocat?

*PÆZ.*

Ubi delitescis, mastigia?

*PÆZ.* *oculos sopore gravatos manu perfricans.  
Adsum.*

PÆZ.

Excuba vigil ad fores, & omnes quotquot pecuniam petent, à limine sedulus amove. Audis? *servum vellicando expergescit.*

P A R.

Ahy! audio & sentio. Vigilabo, & vigilare quidem malim, quàm his illepidis per somnum turbari somniis.

PÆZ.

Quid ais lepidum caput?

P A R.

Aio objectum esse mihi modò somnium minimè lepidum, quia vidi te . . .

PÆZ.

Quia vidisti me, illepidum fuit somnium, scilicet?

P A R.

Quia vidi te aleâ perditum, ære alieno oppressum, bonis exhaustum omnibus, alienâ vix vitam tolerare misericordiâ.

PÆZ.

Somnia, Parmeno, somnia.

P A R.

Sua somniis aliquando constat fides.

PÆZ.

Somnia, inquam, mera. Vicimus: fortuna jam nostra est. Vicimus hem . . . audi, *cru-menam excutiens ex argento tinniente sonos exprimit.*









istò fago vel potius sacco sexaginta nummos petis?

A C E S T E S.

Sagum appellas? adstringe globulos. Vide quàm, (*Parmenonis vestem concinnè accommodat*) aptum sit ad staturam, quàm habile! quàm graphicè te deceat.

P A R.

Non ista industriæ tuæ laus est, sed hujus staturæ elegantis, concinnæ & ad dignitatem appositæ. *Incedit sese eleganter circumspiciens.*

A C E S T E S.

Statura quidem elegans & gracilis; sed ipsa vestis ad elegantiam còrporis exacta.

P A R.

Ut palpat molliter! . . . Nolo tibi litem movere, Aceste. Huc denique summa summàrum redit. *Bis mille septuaginta novem libræ, sex asses, novem denarii Francici.* Nihilne subducendum?

A C E S T E S.

Ne terantius quidem.

P A R.

Quoniam ita constant rationes, nihil rescabitur (*scribit in tergo chartæ lusoriae, quæ unius Regis effigie insignitur*) Aceste debentur *bis mille septuaginta novem libræ, sex asses, novem denarii Francici.* Abi,

A C E S T E S.

Quam tu mihi chartam offers?

P A R.

Chartam regiam & Cæsaream. Respice.

A C E S T E S.

At pecuniã volo.

P A R.

Vis pecuniam?

A C E S T E S.

Maximè.

P A R.

Bene te novit Pæzophilus, qui te pecuniæ avidum dixit non semel.

A C E S T E S.

Bonã illius veniã dixerim; est ille quàm ego lucri cupidior, qui diu noctuque aleæ periculum facit, qui ludit. . .

P A R.

Ludit animi causâ.

A C E S T E S.

Scilicet . . . mihi crede, nisi propositum esset lucrum istis aleatoribus, temperarent ludo, vel potiùs abstinerent. Ego pecuniam arte quæro & labore, ut vivam, illi sorte & sæpe fraude, ut abundant.

P A R. à parte.

Apud nos quidem nihil redundat.



ACESTES.

Quòd mihi si notus bene fuisset Pæzophilus, nunquam illi dedissem operam.

PAR.

Noli stomachari, Aceste, vis pecuniam? dabitur.

ACESTES.

Detur modò.

PAR.

Modo! modo! an ignoras tritum illud adagium: Nemo dat quod non habet.

ACESTES.

Quæraturn certè.

PAR.

Quæretur.

ACESTES.

Et inveniatur.

PAR.

Invenietur. Brevi militatum ibimus. Cum hoste confligemus. Illum castris exuemus. Capsam nummariam excipiemus. Argenti & auri multum auferemus; inde tibi certa comparabitur pecunia & computabitur: Vale.

ACESTES.

At. . . .

PAR. *Acesten versùs januam deducit.*

At nihil certius.

Sed. . . .

P A R.

Sed . . . tranquillus esto : & cave miffites ,  
aut cæteris quidquam indicaveris. Succede ,  
Grytariopola.

S C E N A V.

PARMENO, GRYTARIOPOLA.

P A R. *sedens brachiis cruribusque decussatis  
in morem Publicani molliter confidentis.*

L E G E codicem istum , lege:

G R Y T.

*Primò. Pro speculo octoginta pollices alto,  
quadraginta septem lato, libræ ducentæ Franci-  
cæ supra mille. Non video amplius istud spe-  
culum.*

P A R.

Erat illud monstificum & mendax ; me-  
semper inflatum buccis ; vultu impudentem  
& improbum , herum facie tristem & iracun-  
dum exhibebat. In eo soli se amabant ado-  
lescentes polituli , quos tamen puellis & pu-  
pis similes effingebat. Displicuit ejusmodi spe-  
culum. Herus pulchrè iratus confregit illud  
& cõminuit. Perge porrò.

G R Y T.

2<sup>o</sup>. *Pro vasis fistilibus Sinicis quadraginta  
librae Francicae.* Nullum jam ex illis cernitur.  
An ea pariter confregit?

P A R.

Illam certè contere mihi sæpe fuit impetus:  
Quid enim poculis opus, quorum nullus sit  
usus; sed isthæc vasa Sinica mutavimus cum  
scyphis Gallicis, quos non pigmentis versi-  
coloribus, & micante auro illuminamus.  
Perge ad reliqua.

G R Y T.

3<sup>o</sup>. *Pro signis fusilibus quatuor æneis, li-  
brae Francicae octoginta supra mille.*

P A R.

Nunquid præterea superest?

G R Y T.

Duo supersunt capita. 4<sup>o</sup>. . . .

P A R.

Ostende codicem. Rationes inspiciam ipse;  
& expendam.

G R Y T.

Quònam verò illa transtulit signa quæ or-  
nando huic cubiculo petierat.

P A R.

Quæris quò transtulerit . . . illa traduxit in  
Academiàm nescio quam, & viris Academi-  
cis talium rerum studiosis dono dedit.

G R Y T.













ÆSCHER.

Illam possim modò exigere pecuniam; & mutuam dare mercatoribus, qui in Indias profiscuntur.

PAR.

Nunquam facies; scis nullam esse totâ in Americâ fodinam, unde tantum haurias, quantum ex hac domo.

ÆSCHER.

At metuo ne exhauriatur.

PAR.

Illam quidem fodiant multi, & confodiunt; at supplebitur.

ÆSCHER.

Unde.

PAR.

Quæris? ex militiâ. Per æstiva quæremus gloriam; post verò ex militum & equorum supplemento quæremus pecuniam. Filios familias conscribemus plurimos. Illos parvo ememus. Magno parentes rediment. Hinc adèò lucrum ingens & certum.

ÆSCHER.

Quid si per æstiva Pæzophilus mortem obierit?

PAR.

Habes domi pignora, quæ nuper accepisti; vasa ænea & affabre facta.



## SCENA VII.

ATYCHES, PARMENO:

PAR.

**A**CCEDERE propius, quid times? pecuniam benignè largior omnibus.

ATYCHES.

Nescio quid velis.

PAR.

Ego quid petas scio.

ATYCHES.

Pæzophilum quæro.

PAR.

Et pecuniam.

ATYCHES.

Neutiquam: nequedum eò me adegit improba necessitas ut. . .

PAR. à parte.

Bene est, occurrit tandem vir probus qui nihil petat pecuniæ. *Ad Atychem*: Ignosce, quæso. Is ipse quem quæris est mihi dominus, homo æqui & recti apprimè tenax, qui nihil metuat magis, quàm ne quid cuiquam debeat; & pecuniam ultro potius obrudat creditoribus (si qui sunt) quàm ab illis quidquam exoptulari sinat.

ATYCHES.

Laudo mores domini probos. Ipsum, nisi forte molestum est, paucis velim.

P A R.

Illum monebo. Tu nomen edoce.

ATYCHES.

Nihil opus est meum resciat nomen. Ipsi me indicabo satis.

---

## SCENA VIII.

ATYCHES, PHILOCLES.

ATYCHES.

SUCCEDERE, Philocles, ingrediere.

P H I L.

Ah! quàm laxæ sunt ædes istæ, pater! quantum ab iis discrepat exigua, quam incolimus, casa!

ATYCHES.

Sat bene habitat, nate, qui cum virtute habitat. *A parte*, heu! ædem hâc ampliorem incolere debuit infelix adolescens.

P H I L.

Si bene memini, tu quoque hâc in urbe vixisti diu: quâ in regione urbis posita tibi domus fuit? ubinam illa est, pater?







**DRAMA-COMICUM.** 71

alieni appetentes, jurgantur verbis, rem agunt  
lite vel ferro, alterutro pereunt, & vel pro-  
fundant vitam miserè, vel patrimonia in fo-  
rum nunquam reditura stultè conferunt ?

**ATYCHES.**

Cum vicinis maxima mihi semper fuit con-  
cordia; unus ipse mihi infensus fui. Unus me  
perdidi. Et quoniam mea exoptas scire infor-  
tunia. . .

**PÆZ.**

Da, quæso, veniam. Imprudens forsitan ego  
fui nimium inquirendo. Sed alienos casus au-  
dire hoc vulgò magis amamus, quò misera-  
mur magis.

**ATYCHES.**

Ne quære plura. Scire quod humanitus &  
humaniter cupis, scies. Me quâvis procellâ,  
quovis incendio pestis immanior opibus ever-  
tit. Fortunæ meæ ad infamem allisæ sunt sco-  
pulum, qui multorum fregit, & deinceps  
franget rates, . . . ad mensam aleatoriam sci-  
licet.

**PÆZ.** *verbo commotus ac territus retrogreditur.*  
Quid ais?

**ATYCHES.**

Quod factum,

**PÆZ.** *ad Atychem accedit.*

Ergo te ventus semper adversus tulit.











P H I L.

Duc me, duc quocumque libuerit. En ad-  
sum paratus quolibet comitari, præire, vel  
sequi.

PÆZ.

Quid! per medios hostes?

P H I L.

Per medios enses, per medios ignes gladius  
hic inveniet viam, aut faciet tibi. *Ensem  
stringit.*

A T Y C H E S.

Quid agis, nate, vel loqueris? Ferma  
reconde, linguam cohibe. *Ad Pæzophilum:*  
Tu, quæso, da veniam.

PÆZ.

Placet hic animus, placet hic sermo non  
veniâ, sed laude dignus. Dexteram junge,  
animose juvenis.

A T Y C H E S.

Dexteram osculare.

PÆZ.

Fidem jam nunc tibi adstringo meam.

P H I L.

Tibi hanc animam dedo.

PÆZ.

Te Chrytorio tamen patruo meo, qui in-  
emendâ equitum turmâ, mihi operam impen-  
dit, tibi & offerri velim.

ATYCHES.

Sistam illum & offeram: Nec filebo uterque nostrum quantum debeat tibi: quantum ille tuis debeat letari moribus. Te semper valere Atyches pater, Philocles filius, ambo votis orant communibus.

PÆZ.

Ambo valet.

SCENA XII

PÆZOPHILUS, *solus.*

ET hic sanè & ille dignus est, quorum me misereat; & certè miseret. Atqui *mutato nomine de me Fabula narratur.* Dives fuit Atyches. Aleæ rem & operam dedit; ex divite factus est pauper. Pôl! nimium bellè mecum ista congruunt omnia. Par fortuna, par culpa, par exitus. Quanquam hoc discrepat uterque nostrum. Ille nullum ærumnis habuit per fugium suis. Mihi domus patruï opulenta portus est. In portu navigo.



## SCENA XIII.

PARMENO, PÆZOPHILUS.

P A R.

**H**ERÈ, creditores abegi omnes & abunde feci omnibus. Tu modò solve mercedem mihi, & absolve te.

P Æ Z.

Te miror, & amo Parmeno.

P A R.

Et meritò quidem.

P Æ Z.

Miror quânam arte hominibus pecuniæ cupidis sine pecuniâ feceris satis.

P A R.

Nihil facilius. Huic ex prædâ bellicâ, illi ex statione hybernâ, tertio demum ex supplemento militum pecuniam certam certò promisi.

P Æ Z.

Quid si quartus advenisset creditor ?

P A R.

Quartum reperissem aliquid, & obtrusissem. An mihi effectum cessare ingenium putas ?

DRAMA - COMICUM. 69

PÆZ.

Quartum illud reperi, & pro mercede accipe.

P A R.

Ho! Si mea res agitur, nihil reperio; deficit ingenium; neque mercedem accipio id genus.

PÆZ.

Tu facile tribus potuisti abundè facere, tu tibi facere uni non poteris satis?

P A R.

Non possum: sed creditores, quos dimisi, modò revocare possum; & faciam; nisi mavis uni dare pecuniàm mihi, quàm simul illorum & meis verberari conviciis.

PÆZ.

Atenim quid mercedem hodiè poscis; quam tibi olim obtuli non semel, nec sumpstisti tamen?

P A R.

In promptu causa est. Olim Bacchum sequebar, tu fugiebas aleam. Ego nunc Bacchum fugio, tu aleam sequeris. Pecuniam fervare non poteram, tu poteras; nunc minimè potes; possum ego maximè. En adeo gur mercedem olim renuerim, hodiè petam.

PÆZ.

Quoniam ita placet, numerabitur pecunià. Quot annos mihi in famulatu ades? *Amho ad mensam aleatoriam ascedunt.*



P A R.

Sex annos quidem, sed octo numerare jure  
optimo potes.

P Æ Z.

Me ludis, credo: nam cur præter illos sex,  
addantur duo.

P A R.

Quia ludis.

P Æ Z.

Quia ludo!

P A R.

Maximè. Ausculta, precor. Duo sunt anni  
ex quo ludis.

P Æ Z.

Fateor.

P A R.

Cæteri famuli dant operam dominis diu  
vel noctu, alterutro tempore dormiunt. Ego  
tibi ab annis duobus ex quo diu noctuque lu-  
dis, operam do & noctu & diu. Duplicato  
famulatûs tempore, duplicanda igitur mer-  
ces.

P Æ Z.

Cave ne tibi duplicentur verbera, ridicu-  
lum caput.

P A R.

Agedum, mercedem pro annis sex integris  
pende integram.

P Æ Z.

Age tu: quantum tibi debeo?





PÆZ.

Ahy!

CLEOB.

Quid respicis? Ne facias moram.

PÆZ. *agrè & iniquo animo obsequens.*  
Facio quod jubes.

SCENA XV.

PARMENO.

PAR. *pecuniam in pileo numerans.*

**N**ONAGINTA quinque, nonaginta sex; nonaginta septem, nonaginta octo, nonaginta novem, centum nummi. O si totidem herus addidisset! quanquam ex hac summulâ, si bene collocata sit, ingens fieri pecunia potest. Multi Parmenones ex tantillo ad summas creverunt opes. . . . Quò igitur intendam animum, aut quò argentum conferam? Frimum videbo ne quid in vanos sumptus abeat. In aleam certè ibit nihil, non imitabor herum, qui . . . Vah! divitem esse me oportuit; divitiis quàm forem usus bene!



## S C E N A X V I.

PSEUDOLUS, PARMENO.

PSEUD. *in Parmenonis complexum involans:*

PARMENONEM video. He! quomodo vales, rerum dulcissime?

P A R. *secedens & nummos occultans:*

Bellè, sed quæso te. . .

P S E U D. *insidians Parmenoni.*

Sic reducem tanto pòst tempore accipis? Si-  
ne, amabo te, in complexum involem.

P A R. *fugiens insidiantem Pseudolum,*

He! noli propiùs accedere.

P S E U D.

Vah! quàm superbus es! méne fugis?

P A R.

Neutiquam.

P S E U D.

Non me nosti, credo. Jam oblitus es mei.

P A R.

Oh! novi te, Pseudole, cum istâ tuâ vul-  
pinâ facie, novi te,

P S E U D.

Et amas?

P A R.

Admodum.

P S E U D.

Patere igitur quod *Marchiones* nostri palam inter se & passim factitant, patere te complectar & fraternè osculer.

P A R.

Dixi jam, & interdixi ne me velis attingere.

P S E U D.

Nam cur?

P A R.

Transi ad sinistram, & latus dexterum attingas cave.

P S E U D.

An dolet tibi?

P A R.

Ut pera intumuit! vide!

P S E U D.

Istud si vis onus excutio tibi, & in me recipio; ita amo te.

P A R.

Illud ego retinebo sedulus, ita mihi à te metuo.

P S E U D. *insidiari desinit.*

Pecuniâ abundas, amice: tibi gratulor;

P A R.

Mihi gaudeo. Unde tu autem?

P S E U D.

Ex villâ quò herum adegerat clades alcatoria; sed copias rure supplevimus. Redimus ad

76 : PÆZOPHILUS,  
pugnam certi vincere, aut. . . .

P A R.

Aut? . . .

P S E U D.

Aut fame emori.

P A R.

Dignam aleatore sortem! ubi autem tuus  
iste Astragalus?

P S E U D.

Stat illic præ foribus, ubi sodalis occurrit  
vetus. Præmisit ille me, ut quærerem num.,  
Subit.

---

## SCENA XVII.

ASTRAGALUS, PSEUDOLUS,  
P A R M E N O.

A S T R.

P A R M E N O N I servo servorum lepidissimo  
& pinguissimo fausta sint omnia. Ubi he-  
nus? ubi noster Pæzophilus?

P A R.

Mensæ affedit modò.

A S T R.

Ipsum aiunt ad castra profecturum brevi.

P A R.

Ita creditur.





A S T R.

Nam mea nisi alterius damnis reparem incommoda, me summa brevi egestas opprimat.

P S E U D.

Nam ex alienâ incuriâ nisi fructum mea capiat solertia, me. sitis extemplo enecet.

A S T R.

Quid ais, Pseudole? quid isthic tecum teputas?

P S E U D.

De fortunis nostris cogito.

A S T R.

Pol! quorsum evadat omnis quæ ludo creditur pecunia, haud scio.

P S E U D.

Id tamen scire proclive est. Sciunt illi apud quos luditur.

A S T R.

Omnino id esse mihi videtur alea quod mare: illuc fluvii undique confluant aurei, nec redundat tamen.

P S E U D.

Mihi forum aleatorium id planè videtur esse quod forum litigiosum. Illic pecunia fermè omnis ad callidos alienæ stultitiæ ministros abit.

A S T R.

Hem, sit: tace, Ecce quem volo;

SCENA XIX.

PÆZOPHILUS, ASTRAGALUS,  
PSEUDOLUS, PARMENO.

PÆZ. *mantile gestans quasi egressus à prandio  
ad quod brevi rediturus.*

ASTR. *ruens in amplexum Pæzophili.*

PÆZOPHILUM faciant superi beatum.

PÆZ.

Astragalo fausta precor omnia.

ASTR.

E prædiis rusticis me recentem vides, ubi  
me detinuit aliqua res familiaris.

PÆZ.

Mirabar te ab hoc nostro foro abesse tam  
diu. Te chartæ lusoriæ absentem desidera-  
bant; te fritilli languido murmure revoca-  
bant. Nam absente te omnis friget alea.

ASTR.

Te præsentem semper calet. Tu illius tutela;  
præsidium, decus. Tibi primas ultro conce-  
do. Mihi secundas obtinere sat est. Ut obti-  
neam redeo; & me tibi adversarium impa-  
nem, rarò victorem, sæpius victum, hodie  
vincendum offero.

P A R.

Solos nunc hostes vincimus.

PÆZ. *ad Parmenonem.*Tun' audeas obloqui? *Ad Astragalum.* Non-  
dum prandisti?

A S T R.

Quid prandium loqueris? nobis ludere vi-  
vere est. Fauces tamen caffæo proluui. Expec-  
tat me in illo foro Panoletri proximo lecta  
fociorum turma. Illuc convolo.

PÆZ.

Non tu morari tantisper potes?

A S T R.

Non possum, & socios, quibus condixi,  
fortè jam nimum moror.P A R. *herum extremâ manicæ parte ad se at-  
trahens.*

Here, expectant te convivæ.

PÆZ.

Mantile hoc recipe. *Dat mantile Parmenoni.*  
Petasum cedo & gladium.

P A R.

At. . .

PÆZ.

Affer ocyus . . . *Ad Astragalum.* Præi,  
Astragale, jam te subsequor, & statim asse-  
quor.

A S T R.

Pseudole, sequere. *Pseudolus progreditur.*



Docebo. Herum consequor meum, tu  
 tuum sequere, & ad nos veni.

---

## S C E N A X X I.

### P A R M E N O.

**F**ORTUNA te vocat, Parmeno: vocantem  
 ne fuge: dicesce, quandoquidem potes;  
 hoc primum. Deinde fies ex servo dominus,  
 ex plebeio nobilis. Mutabis nomen & genus.  
 Aut additâ nomini literulâ, ex Parmenone  
 fies Parmenio, illius Parmenionis nepos, de  
 quo memini me lægere, cum libros herus  
 nondum vendidisset suos. Eamus & jam vul-  
 tu, gressu, spiritu, mentiri discamus virum  
 nobilem. Hem . . . hem . . . *Habitu corpo-  
 ris, gestu, nutu, atque ipsâ tussi virum nobi-  
 lem imitatur.*





## S C E N A I I.

AGRIO, CHRYSORIUS, CLEOBULUS.

A G R.

**A**N licet, bonâ veniâ. . .

C L E O B.

Adest nobis Agrio, ni fallor.

A G R.

Salutem illi, tibi, vobis.

C H R Y S.

Ingredere, Agrio, ingredere. Quid afferis novi?

A G R.

Pol! magna nobis advénit calamitas:

C H R Y S.

De illâ nempe calamitate loqueris, quam agris & pascuis intulit diuturna superioris anni ficcitas. De illâ nempe loqueris procellâ, quæ nuper terrâ marique incubuit, & magnam Franciæ partem pervagata agris agricolisque perniciem intulit.

A G R.

De illâ loquor, quæ advecta ex urbe vestrâ apud nos refedit. Nam Pæzophili villam ex quo tempore vendidisti? . . .

**CHRY S.**

Quid ais ?

**CLEOB,**

Quid narrat ?

**AGR.**

Aio nobiscum agi pessimè, postquam villa ista in alterius venit manus.

**CHRY S.**

De quâ villâ loqueris ?

**AGR.**

De illâ ad Sequanam positâ quam possedit frater tuus, vir. . . Ah ! cùm memini, fauces obstringit dolor, nec possum temperare lacrymis, nam fuit ille bonus vir. De illâ, inquam, villâ, quam tu cum latifundiis vendidisti, commodo, credo equidem, tuo, at magno certè nostro omnium malo.

**CHRY S.**

Villam ego nullam cuiquam vendidi.

**AGR.**

Ergo administratorem misisti, omnia qui ageret pro arbitrio, & everteret.

**CHRY S.**

Neque administratorem misi.

**AGR.**

Neque vendidisti, neque misisti. Bene est. Illud scire antea nos oportuit. Sed istum prædonem, alienam qui tam protervè invasit domum, ejiciemus brevi.











etiam prædium vendidisse optimum? quantum verò? Scire nil refert, qui quantum quantum ex illo accepit pretiū, totum id projecit malè.

## S C E N A I V.

CHRYSORIUS, MEGACHRYsus,  
CLEOBULUS,

M E G.

**A**M B O S salvere jubeo.

C H R Y S.

Salvus sis, Megachryse.

M E G.

Opportunè te, Chrysoi, præsentem habeo. Est enim in quo consilium exposcamentum.

C L E O B.

Me fortasse hinc absentem velis?

M E G.

Immo confiste, Cleobule. Pauca te, Chrysoi, super illis ædibus, quæ fratris tui fuerant, rogitem sine.

C H R Y S.

Quas loqueris ædes?

M E G.

Illas ædes amplas in proximo stantes fore altis porticibus instructas. Stupes? illas annon designo fatis?



M E G.

Ipsè Harpagus. Is ad me venit hodie, & quia mihi numeratam heri pecuniam audiit, illas ædes obtulit. Timui, ne, qui tam citò ex emptore fiat venditor, ( nam emit à diebus quindecim ) timui, ne quid fortè adven- terit vitii; venio ad te, & quæro, num ædes illas me tutò posse credas emere.

C H R Y S.

Hac de re Pæzophilus, qui habuit & ven- didit, melius docere te potest.

M E G.

Quod dederis, id ego sponte consilium se- quar.

C H R Y S.

Ipsum, inquam, alloquere Pæzophilum.

M E G.

Illum aiunt abesse. Sed redibo, & alloquar. Vos ego morari pluribus nolim. Ambo salvè & hilares vivite.

C H R Y S.

Megachryse, vale.









SCENA VI.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS,  
ATYCHES.

ATYCHES.

**I**TERUM molestus ad te venio.

CHRYS.

Semper commodè advenis, si quid operâ  
tibi opus est meâ.

ATYCHES.

Miserum, infelicem, luctu exanimatum vi-  
des, & ideò miserrimum, quia beneficio non  
licet uti tuo.

CHRYS.

Nam cur? eloquere.

ATYCHES.

Ego te cum filio adivi mane; illum tu pa-  
terno excipis animo, bene sperare de te & de  
Pæzophilo jubes. Recedo spe recreatus opti-  
mâ: quoscunque offert mihi fortuna obvios,  
notis, ignotis officia commemoro tua. De te,  
de Pæzophilo, quæ sentit animus, lingua pro-  
fitetur palam. De te mihi assentiunt omnes;  
de illo quoque. Sed illud audio tamen, ipsum  
damnosæ deditum aleæ. Me quondam aleâ  
perditum memini: illud statim cogito. Quid



SCENA VII.

PHILOCLEES, ATYCHES,  
CHRYSORIUS, CLEOBULUS.

CHRYS.

COMPRI ME hos fletus, infelix adolescens,  
meliore dignus forte.

ATYCHES.

Accede propius. Et accede ad hujus pedes.

CHRYS.

Non patiar.

PHIL. *ad pedes Chryserii proci dens.*

Te quæso miserescat mei.

CHRYS. *Philocli, ut surgat, manum præbet.*

Quid agis? te'n decet?

ATYCHES.

Illum decet, quod fortuna imperat, & jubet pater.

CHRYS. *iterum Philocli manum præbet.*

Surge, inquam, non genibus sed collo manus admove. Quid vultum dejicis? respice me. Ego te gratiâ & re adjutum volo.

PHIL.

Méne meliora per te sperare liceat?

CHRYS.

Licet, omnino licet.

98. PÆZOPHILUS,

PHIL.

Per te dabitur majorum premere vestigia & sequi?

CHRYS.

Dabo : ne dubita. Quid tuâ causâ velim facere , & possim scio. Id faciam , confide.

PHIL.

Jam me ad vitam revocas.

ATYCHES.

Jam me non pigeat mori.

CHRYS.

Vive , Atyches , vive ; & spe optimâ plenus ad tuos revertere.

ATYCHES.

Per te revocatus ad vitam , domum ad meos redeo. Istum quandonam ad te reduci jubes ?

CHRYS.

Ipsum , donec à me rebus instructum omnibus militia excipiat , apud me domi meæ in oculis meis cupio manere , & si merui , exigo.

ATYCHES.

Id cupis , id exigis ?

CHRYS.

Mora non erit longa.

ATYCHES.

Stupet animus , hæret lingua , neque quod hic sentit , illa potest eloqui.

CHRYS.

Patrem amplectere, Philocles, & dicito  
vale.

PHIL. *amplectens patrem.*

O pater amantissime, bene vale.

ATYCHES *filium amplectens.*

O fili carissime, bene vive, & bene age. Per  
me factus es miser. Per illum fies beatus.  
Utrum magis amare te deceat vide, & ama  
illum magis.

PHIL.

Est hic, est animus utrique amando par;  
utrique faciam fatis.

CHRYS.

Interius sibi, Philocles, & quiesce.

PHIL.

Tibi (patrone dicam, an pater) obsequor;

## SCENA VIII.

CHRYSORIUS, CLEOBULUS.

CHRYS.

QUANTAS familiae clades alea importet,  
vides, Cleobule?

CLEOB.

Video & doleo.



DRAMA-COMICUM. 101

P A R. *oculis errantibus, frendens, quasi hominem  
perditus & amens.*

Unde nolim.

C H R Y S.

Ubi herus?

P A R.

Nusquam gentium.

C H R Y S.

Quid ais!

P A R.

Periit.

C L E O B.

Superi! quid narras? an occidit?

P A R.

Non.

C L E O B.

Quid ergo?

P A R.

Periit, inquam.

C H R Y S.

Ambigua pergis eloqui, sceleratum caput!

P A R.

Vis me vera loqui & perspicua?

C H R Y S.

Volo, jubeo.

P A R.

Quod minus aperte loquerer increpuisti  
mane; quod nimis aperte loquar, dolebis  
modo.



C H R Y S.

Aperta loquere.

C L E O B. *à parte.*

Quàm metuo.

C H R Y S.

Etiam moraris ?

P A R.

Nil moror. Herus & pecuniam ingenti sumptam fœnore, & equitum turmam per te cœmptam sibi aleæ commisit modò, & malè miserè omnia omnino perdidit.

C H R Y S.

Satis est.

P A R.

An fatis apertè ?

C L E O B. *ad Chrysorium.*

Quò te repentè subducis ?

C H R Y S.

Sine me. . .

C L E O B.

Quæso te, clementer age.

C H R Y S.

Clementiam omnem flagitiis evicit suis.

C L E O B.

Paulisper siste, dum iste se frangat impetus.

C H R Y S.

Omitte me. Indignum quod se fuit, id egit: quod me dignum est id agam.

---

SCENA X.

CLEOBULUS, PARMENO.

CLEOB.

UBI herus? age, loquere.

PAR.

Vicino in foro.

CLEOB.

Duc me, duc ad illum ocyus.

PAR.

Ductore nil opus. Perge in funestam illam  
Panoletri domum; ibi est, sicubi est.

CLEOB.

Eò me conferam illicò & miserum extra-  
ham.

PAR.

Abi. Ego híc mecum aliquid negotiï perficiam interim.

---

SCENA XI.

PARMENO *solus.*

BENE est: solus sum; oculis & auribus  
vacat hic locus. Agenda res strenuè. *Vestem exuit, deponit petasum, pugnis se contun-*

dit, *capillos & aures ipsas sibi vult avellerē*: Ah! Parmeno, scelerate Parmeno, nummos centum perdidisti, nec vitam projicis? projiciam confestim, & laqueo collum inferam. Claudendæ primum & obserandæ sedulò fores, ne quis molestus operi interveniat, & me interpellat malè. *Occludit fores*. Nunc autem . . . quis me vocat? . . . heu! nemo est. Nunc autem trabs eligenda, ex quâ sublimè corpus pendeat commodè. *Trabes considerat, ut eligat unam*. Illa, ni fallor, paulò depressa est nimis. . . Ista videtur altior. . . Hæc verò convenit; ex illâ pendebo à terrâ sublimis, quantum decet. . . Atenim cognatis & affinibus probrum inferam . . . dolebunt . . . Doleant, *Projicit comam ascititiam, linteumque colla protegens*, dum ego jam doleam nihil. . . Neque Parmenonum è gente vitam laqueo primus finiero. Si vel sua, vel carnificis manu pereundum est, præstat perire suâ; meâ peribo. *Videt an quis promineat in tabulatis clavus*. Hei mihi! quæro num hæreat clavus in trabe, nec invenio. Video minutum, sed huic ferendæ moli imparem; qui me fortasse ad terram demittat casu gravi. . . Ah! tandem occurrit firmus, unde pendeam sine periculo. . . At, at, increpuit ostium. *Ad ostium currit*. Fallor. Aures tinniunt. Restat ut laqueum reperiam, *Peram sollicitat, pecuniam*



## SCENA XII.

PÆZOPHILUS, PARMENO.

PÆZ. *fores pugnis, pedibusque pulsans totis viribus.*

**I**STAS ecquis occlusit fores?

PÆR. *descendit è cathedrâ.*

Herus est.

PÆZ.

Aperite, ( si quis est intus ), aperite.

PÆR.

Ut vexat limen! occidi.

PÆZ.

Evertam, effringam, eruam.

PÆR.

*Referabo tacitè . . . ubi latebo? Vestes ocyus colligit, oppositâ corpori cathedrâ in angulo Theatri delitescit, sursum aliquando prospiciens, cum herus avertitur.*

PÆZ.

Cessit pulsanti janua. En tandem patet. Nemo est? nemo. Liberè erumpat furor, quem corde pressum contineo nimium diu. Discrucior . . . disrumpor . . . furiis agor. *Mordet petasum, obviamque in sedem ruens hæret meditans aliquantulum.* Fortuna mendax! sic

me inescabas lucro, ut me graviore damno  
 mox pessumdares. *Surgit.* Fortunam accusas?  
 Ipse te accusa perfide! Me'n toties ejuratz  
 rursum dedisse pecuniam aleæ! *Decussatis bra-*  
*chiis, oculos in terram demittit.* Sic fallere au-  
 sum juratam patruo fidem! at certè *mutans si-*  
*tum corporis cùm vehementi animi perturbatio-*  
*ne, beneficiis ejus parceres; & illa retineres*  
 meliùs! Perjura lingua! scelerata dextera! in-  
 fandum caput! *Recidit in cathedram, & obliquo*  
*sedens corpore, manu caput sustinet ac vultum*  
*obtegit.* Perdidi omnia. *Vultum convertit ad*  
*spektatores, attollens in cælum oculos, & vivo!*  
 Juvat, juvat parieti illidere insanum caput.  
*Frendens ac furens caput petaso obvolvens ir-*  
*rumpit in cathedram, quâ tectus Parmeno late-*  
*bat.*

PAR. *caput erigens, & brachia supra cathedram*  
*protendens.*

Here, cave tibi & mihi.

PEZ. *cathedram furioso impetu amovens.*

Quid hic latitas, sceleste? Tùne claufisti fo-  
 res? Tu'n me meâ exclusum voluisti domo?

PAR. *tremens.*

Ignosce.

PEZ.

Ignosco, dum mihi reddas, quod tibi as-  
 gentum dedi.

P A R.

Parce.

P Æ Z.

Parco, inquam, sed redde.

P A R.

Id parce repetere, quod. . .

P Æ Z.

Pro centum nummis mille post reddam  
tibi.

P A R.

Non possum.

P Æ Z.

Non dabis, furcifer? per superos ego te  
*Collum servi apprehendit.*

P A R.

Ahy! Ahy! Me frangulas.

P Æ Z.

Vivus dabis, vel mortuus.

P A R.

Neque vivus, neque mortuus possum dare.

P Æ Z.

Nam cur, perjure?

P A R.

Quia perdidit.

P Æ Z.

Quia?

P A R.

Perdidi, inquam.





110 PÆZOPHILUS,

P A R.

Id doleo valde ?

PÆZ. *ensem stringit.*

At morte mihi pœnas expendes modò:

P A R.

Reconde ferrum , neu mihi mortem inferas. Ipse me de medio sublatum volo ; & nisi venires intempestivè , jam Parmenonem tuum de trabe videres pendulum.

PÆZ.

Bene tu quidem ; de me sumpfisti exemplum ut luderis , ego de te sumam , ut moriar ; gladium per pectus exigam.

P A R. *manum heri cohibens.*

Expecta dum. Præire meum est. . . Ego consilium hoc cœpi prior.

---

## SCENA XIII.

PÆZOPHILUS, CLEOBULUS,

P A R M E N O.

CLEOB. *ensem Pæzophilo vi eripit.*

A MICE , quid agis ? aut quid egisti modò ?

PÆZ.

Fortuna sic mecum egit , ut cum nemine antea.

DRAMA - COMICUM. III

CLEOB.

Téne patruí & tam malè & tam citò oblitum tui!

PEZ.

Nunquam oblivifcar, fortuna quo mihi illuferit modo. Audi me.

CLEOB.

Neque juvat, neque vacat. Chryforius . . .  
*Vult Pazophilum ducere ad patruum.*

PEZ.

Oportet illud refcias.

CLEOB.

Scivi omnia, nunc vide, ut . . .

PEZ.

Scivifti? An quidquam audifti tam info-  
lens?

CLEOB.

Nihil. At . . .

PEZ.

Post undenos jactus profperos tefsera in  
partem malam plus vicies cadit, ne interjec-  
to quidem uno felici bolo. Quid censes?

CLEOB.

Cenfeo te infanire.

PEZ.

Credo equidem. Sed enim quis mente hoc  
fanâ & placidâ ferat! Ah!

CLEOB.

Præterita memoras damna, reparari qua

712 PÆZOPHILUS;  
non queant. Ventura averte, si potes. Et. : 3

PÆZ.

Præterita reparare forsitan licet, si modò pecuniâ præsentè adjuves. Tu me adjuva, precor.

CLEOB.

Etiâ mne de aleâ cogitas, amice? Quis furor?

PÆZ.

Fortuna illufit mihi: illi facere convicium volo. An mihi negabis, quam peto supplex opem. *Flexis genibus orat Cleobulum.*

CLEOB.

Opem ferre volo maximè. Sequere me.

PÆZ.

Vis ergo mutuum dare argentum mihi?

CLEOB.

Scis me tibi defuisse nunquam, opus quoties fuit.

PÆZ.

Scio & laudo. Sed nunc opus esse scias quàm maximè.

CLEOB.

Quin multò magis opus est patruo te fistas modò; &, si fortè placari potest, placare tentes.

PÆZ.

Ille mihi succenseat, irâ ardescat, furat; oportet aleæ periculum faciam ultimum, & ludam.

P A R.







CLEOB.

-Heu cui?

CHRYS.

Tibi.

CLEOB.

Mihi?

CHRYS.

Cleobule, quò fugis?

CLEOB.

Certum est. Pæzophilum in sua ni restituar  
jura, hinc fugio procul.

PÆZ.

Cleobule, mane; tu Patruæ ausculta. Non  
te querelis, ne time, urgebo meis. Plectis  
merentem, & hæredem dignum eligis. Infe-  
lix ego sum, sed ero jam solus miser. Tu tali  
hærede felix. Te nimium diu sollicitum curis  
teneo; te læsi nimis. Ultra non lædam. Te  
meo aspectu levo. Non me videbis deinde;  
ergo vive & vale. *Ad Cleobulum.* Tu fruere  
forte, quam tibi virtus facit:

CLEOB.

Amice, siste.

PAR.

Here, quo properas? sic mihi peris & me  
perdis?

CHRYS.

Illum, Cleobule, sequere, fãc redeat do-  
mum. Sum patruus, apud me vivere etiam-











de Parlement, Maîtres des Requêtes ordinaires  
de notre Hôtel, Grand Conseil, Prevôt de  
Paris, Baillis, Sénéchaux, leurs Lieutenans  
Civils & autres nos Justiciers qu'il appartiendra, SALUT. Notre bien amé le Sieur <sup>de</sup> Nous  
a fait exposer qu'il désireroit faire imprimer &  
donner au Public un Manuscrit qui a pour titre:  
*Caroli Poré, à Societate Jesu, Opera omnia,  
Tragœdiæ, Comœdiæ, Miscellanea & Episto-  
læ, Orationes Academicæ, Orationes acra.*  
S'il nous plaisoit lui accorder nos Lettres de  
Privilège pour ce nécessaires: A CES CAUSES,  
voulant favorablement traiter ledit Exposant,  
Nous lui avons permis & permettons par ces  
Présentes, de faire imprimer ledit Ouvrage  
ci-dessus spécifié, en un ou plusieurs Volumes,  
& autant de fois que bon lui semblera, & de  
le faire vendre & débiter par tout notre Royau-  
me pendant le tems de six années consécutives,  
à compter du jour de la date desdites Présentes.  
Faisons défenses à toutes sortes de personnes,  
de quelque qualité & condition qu'elles soient,  
d'en introduire d'impression étrangere dans au-  
cun lieu de notre obéissance; comme aussi à  
tous les Libraires, Imprimeurs, d'imprimer,  
faire imprimer, vendre, faire vendre, débi-  
ter ni contrefaire ledit Ouvrage, ni d'en faire  
aucuns Extraits, sous quelque prétexte que ce  
soit, d'augmentation, correction, changemens  
ou autres, sans la permission expresse, & par  
écrit dudit Exposant, ou de ceux qui auront  
droit de lui, à peine de confiscation des Exem-  
plaires contrefaits, & de trois mille livres d'a-  
mende contre chacun des contrevenans, dont  
un tiers à Nous, un tiers à l'Hôtel-Dieu de  
Paris, & l'autre tiers audit Exposant, & de  
tous dépens, dommages & intérêts. A la char-  
ge que ces Présentes soient enrégistrées tout

au long sur le **Registre de la Communauté** des Libraires & Imprimeurs de Paris, dans trois mois de la date d'icelles, que l'impression de cet Ouvrage sera faite dans notre Royaume & non ailleurs, en bon papier, & beaux caractères, conformément à la feuille imprimée & attachée pour modèle sous le Contrescel desdites Présentes; que l'Impétrant se conformera en tout aux Réglemens de la Librairie, & notamment à celui du 10 Avril mil sept cent vingt-cinq: & qu'avant que de l'exposer en vente, le Manuscrit qui aura servi de copie à l'impression dudit Ouvrage, sera remis dans le même état où l'Approbation y aura été donnée, ès mains de notre très-cher & féal Chevalier le Sieur **DAGUESSEAU**, Chancelier de France, Commandeur de nos Ordres, & qu'il en sera ensuite remis deux Exemplaires dans notre Bibliothèque publique, un dans celle de notre Château du Louvre, & un dans celle de notre très-cher & féal Chevalier le Sieur **DAGUESSEAU**, Chancelier de France; le tout à peine de nullité des Présentes: Du contenu desquelles, vous mandons & enjoignons de faire jouir ledit Exposant ou ses ayans causes, pleinement & paisiblement, sans souffrir qu'il leur soit fait aucun trouble ou empêchement. Voulons que la copie desdites Présentes, qui sera imprimée tout au long au commencement ou à la fin dudit Ouvrage, soit tenue pour dûment signifiée, & qu'aux Copies collationnées par l'un de nos Amés & féaux Conseillers & Secretaires, foi soit ajoutée comme à l'Original. Commandons au premier notre Huissier ou Sergent sur ce requis, de faire pour l'exécution d'icelles, tous Actes requis & nécessaires, sans demander autre permission, & nonobstant plameur de Haro, Chatelet Normande, & Lettres à ce contraires: **CAR tel est**

notre plaisir. **Donné** à Paris le dixième jour  
de Janvier, l'an de grace mil sept cent qua-  
rante-quatre, & de notre Règne le vingt-neu-  
vième. Par le Roi en son Conseil.

Signé, **SAINSON**.

Registré sur le Registre XI. de la Chambre  
Royale & Syndicale des Libraires & Im-  
primeurs de Paris, N<sup>o</sup>. 275. fol. 232. conformé-  
ment au Règlement de 1723. Qui fait défense,  
art. 4. à toutes personnes de quelque qualité  
qu'elles soient, autres que les Libraires & Im-  
primeurs, de vendre, débiter, & faire afficher  
aucuns Livres pour les vendre en leurs noms,  
soit qu'ils s'en disent les Auteurs ou autrement;  
& à la charge de fournir à ladite Chambre  
Royale & Syndicale des Libraires & Im-  
primeurs de Paris, huit exemplaires de chacun, pres-  
crit par l'article 108. du même Règlement. A  
Paris le 31. Mars 1744.

Signé, **SAUGRAIN**, Syndic.

---

De l'Imprimerie de **GISSÉY**.